




Pauli
de
Heredia
1480
INCUNABULI
E
6
35
Biblioteca Nazionale
Centrale - Firenze










BIBLIOTECA NAZIONALE CENTRALE
XV
FIRENZE

ILLVSTRISSIMO AC SAPIENTISSIMO DOMINO .D. ENIGO DE MENDOCZA COMITI TENDILIAE LEGATO Sacre Maiestatis regis Hispaniæ Paulus de Heredia salutem perpetuamq; foelicitatem.

e X oibus mortalibus quouis genere uirtutis præditi sint uirorū illustrissime Enige: Ii mihi laude non uulgari & reuerentia digni admodum esse uidentur: qui rerum diuinarū peritia imbuti sacram religionem deuotissime complectunt: & contra insanos & male de illa sentientes acerrime disserūt: eamq; omnibus uiribus tuent augent atq; defendūt. Illos ego incredibili obseruantia psequor: & si dicere fas est: adoro. quippe qui nō ficta non fucata: sed uera uirtute decorati soli sapiētes & esse & appellari possint. Nam uera & incommutabilis uirtus sapientia est quæ nihil fictum nihil simulatū admittens: tota ad ueritatem cœlestium rerum deumq; refertur. Omīs aūt sciētia inferior & scientie partes quas actiuas & morales uirtutes dicimus: quas merito ī epistolis Plato ma maluit ornamēta q̄ scientias appellare nullate



nus uirruté ſapiunt niſi diuine ſapiētie ſe con
iunxerint. Quem igitur prudentem dicemus?
quē iuſtum: quem forti & magno aīo uirum:
quem deniq̄ frugi & temperatū qui principeꝫ
& reginam uirtutum oīum quam ſapīam dici
mus ignorarit? Quamobrem quis te ſummis
laudibus dignum nō cenſeat: quis non ſingu
lari obſeruātia proſequatᷣ? Qui eam non ſolū
generoſam exiſtimanſ nobilitatē que ſcd̄m cor
pus ex clariſſimis eſt propagata principibus.
Regibus ac Tyrannis. de qua etiam tu poſſes
maxime gloriari: q̄ eam que ex ſola uirtute de
pēdet: obnaſata (ut ita dixerim) terrenarum re
rum & luxuriantis uite caligine que eſt omniſ
ignorantie receptaculū & uicioꝝ magis q̄ pro
bitatis miniſteriū prebet: ad ueritatis diuineq̄
ſpeculatiōis intuitum ſemper animū adieciſti:
ita ut oēm fortunā bonorūq̄ temporaliū affla
tum ſapīa ip̄a cōmutans & eam q̄ſi p̄ducem &
magiſtrā ſtatuēs: de deo diuiniſq̄ rebus bn̄ſen
tire bn̄dicer̄ & bn̄facere ſemp̄ didiceris. O q̄ cer
te p̄clara & caſta iſta tua cū uirtute claritas: q̄
ſola ego illectus cum ſup̄ioribus diebus duas
epiſtolas Neumie filii haccane & haccane filii
Neumiæ uiroꝝ p̄batiſſimoꝝ in hebraicis lr̄is

quorum auctoritatē iudei negare non audent ex hebraico sermone in latinū conuertissem: illas tibi censui dedicandas. ut tu qui litteris sacris apprime delectaris aliquid utilitatis ex eis capere posses simulq̄ censeres q̄ capitali odio digni sint iudei ad pfidiam suā & obstinationē Habent siquidē iudaicæ disciplinæ diuinarū rerum perspicuam ueritatē quæ a sanctissimis patribus uetustis cognita atq̄ explicata est: & a pphetis diu ante enūciata. Veruntamē tāta uecordia & mentis caligine indurata sunt eorum corda ut nec dandæ nec accipiendæ ratione capaces sint: & uerū dicentibus nulla ex parte cedant. Præstolant̄ miseri Messiam & ex futura spe semp pendent: nec fateri uolunt Christum saluatorē nostrū uerū fuisse Messiam. multaq̄ garriūt contra nos quæ nec ratione nec auctoritate tueri possunt. nec cōuinci se patiūtur a tot doctissimis sanctissimisq̄ scriptoribus tū græcis tū latinis: qui nostra probāt & luce ueritatis illustrant: eorūq̄ insanam & temerariā opinionē redarguūt insectant̄ atq̄ cōdemnāt Igit̄ postq̄ nostris fidē adhibere nolūt: suorū auctorum testimonio confundent̄. In his. n. epistolis manifeste ostendit̄ christū unicū omni

potentis dei filiũ: uerum fuisse messiã: neq; ali um quẽpiam ĩ omni euo expectandũ esse. Eas cũ tibi parumper a negociis publicis cessare li cebit percurras: & sensum cõtempleris non uer ba: Nullus enĩ est in eis oratiõis nitor: nullus splendor: nec propterea nimis curandu3. habe mus enĩ ut inquit Apostolus hũc thesaurũ sa crarum litterarũ in uasis fictilibus: Vale fœlix & me naufragum hospitem tabulam circunferen tem tue magnanimitati habeas cõmendatum.

NEVMIæ FILII HACCANAE EPISTO LA DE SECRETIS AD HACCANAM FILIVM:

Onsiderãte me humani generis fi nem & perfectione3 cuius aĩa nr̃a est auida esse beatitudinẽ & fœlici tatẽ: ut ipsa fasciculo uitæ cũ dñ̃o deo nr̃o colligetur: hoc aũt in aduentu nostri messie consistit sine quo haut quaq̃ peruenire possemus ad illam ĩmensam & inestimabilem perfectionẽ q̃ non potest cõferri tinctis indie coloribus: nec lapidi Sardonyco preciosissimo aut zaphyro. Idcirco ego neumia filius hacca

ne quia inueni finē circūscriptum aduētui mes
sie iusti nr̄i queādmodū refert Rabbenus hac
cados in libro quē Galerazaya: hoc est secreto
rum reuelatorē appellat: ex cuius numeratiōe
prope uentura est dei salus & eius reuelāda iu
sticia idq; ad annos. l. simq; canus & senex: sep
tuagesimū enī & quintum annū ago: nec ulte
rius corporis uires exercere ualeā: & ipso natu
re ordine procul sim ab aduētu messie: nisi mi
raculo quodam id fieret. Tn̄ in deo fiducia mi
hi est & expecto deū saluatorē meū & letabor
exultaboq; in eius salute. Quod si deus mihi
nō concesserit uidere messiam: qm̄ non ignoro
maiorem partē israhel correptuz iri stulticie te
nebris qua uelū cecitatis oculis suis imponent
errabuntq; & corruēt: nolētes ipsi credere & ab
seiungent peccantes: aliosq; in peccatū trahen
tes propter quos dixit hieremias capit. v. Pre
uaricatione enim preuaricata est in me domus
israhel & domus iuda. ait dominus: Negaue
runt dominum & dixerunt non est ipse. Item
ppter eos dixit Daniel capitulo vndecio. Filii
quoq; preuaricatorum populi tui extollentur
ut impleant uisionem & corruant. Ego autem
in deo confido & ab ipso auxiliū imploro: ro

goq; ut haccana filius meus uideat aduentum messie & eius redemptionẽ. Deus aũt donabit ei requiẽ & ostẽd& aquas uiuẽtes quæ ex sanctuario defluẽt: & ne sit ex rebellibus & errantibus in dño deo nostro. Et in dauid nr̃o rege & cum eis decidat decreui colligere particulas nõnullo⁊ dicto⁊ secretorũq; ꝓfundorũ ex eis quæ repperi in eoipso libro galerazaya super quibusdã petitõnibus quas Antoninus cõsul urbis Rhomæ petiit a Rabbeno hacchados. Ex quibus epistolã confæci: eãq; Nigghereth hazodoth: hoc est epistolã secreto⁊ appello.

Petitio prima

Quæsiuit aliqñ Antoninus consul urbis Rhomæ a Rabbeno hacchados ut eũ de ueritate instruer& eius uidelic& quod significat nomẽ quattuor littera⁊: id est tetragrãmaton & nomen duodecim & q̃dragintadua⁊ lra⁊.

Responsum

Quod petis te de ueritate informari eo scilicet quod demõstrat nomẽ quattuor litterarũ: nomen duodecim: & quadragintadua⁊: notũ tibi facio hæc esse archana diuina quæ omnes hoĩes clam esse debẽt Veruntñ quia te ex scholasticis benemeritis esse cognosco: cõsentaneũ

est rōni detegeř illis hmōi res q̄bus & huiusce generis hoībus haud quaq̄ occultāda sūt talia Idcirco notū tibi facio: deū nō habere nomen cuius nos cognitionē habere possimus. Qn̄q̄ dē eius substantia est nomē ipsius & ecōuerso & quēadmodū eius substātiæ noticiā ullā habere non possumus: qm̄ ea cognita illi similes efficeremur: atq̧ ita sui nois cognitōnē hr̄e nequimus. nihilominus oīa eius noīa sunt attributiua. Et q̄a nomē quattuor litterarꝝ opationibus eius est peculiarius ostēditq̧ noticiā pfectiorē & illi accōmodatiorē ꝑut est nobis possibile captu: ex hoc aūt ꝓcedūt oīa sua noīa. Ideo hoc nomē dictū est Semhameforas. nō ꝙ ipsum sit eius nomē substātiale: sed nos id dicimus qm̄ hoc est quantū nostra facultas compræhendere potest: & altius ascēdere nō possumus. Notare aūt debes nomē duodecim lr̄arꝝ nomēq̧ quadragintaduarꝝ nō esse noīa quorꝝ unūquodq̧ uerbū duodecī litteris constet aut quadragītaduabus: sed quodlib& corū nomē sunt uerba diuersa quæ unū ostēdunt. Postq̄ aūt hoc tibi aperui animaduerte nomē q̄tuor lr̄arꝝ ꝑut scriptio ē. & sic scribit̄ ī hebraico יְהֹוָה
id est yehauue ipsū deū generātē significať

Et quia non pōt esse generās absq; generato: ne cessario procedere debet amor a generāte ad ge neratum & econuerso. quia si hoc non esset nō generaret: etiā si non pcederet amor a generato ad generantē: distingueretur q; ab ipo: & essent due substantie. Nos aūt uolumus generātem & generatū unā esse substantiā. Idcirco necessa rio ex uno ad alterꝝ pcessurus est amor. Et pro pterea ex hoc Semhameforas deriuatu3 est no men. xii. lr̄aꝝ: estq; pater: filius: & spūs almus qui hebraice. xii. lr̄is continet hmōi ab. ben. uer. ruhac. haccodes. Qm̄ aūt nō inuenitur ali quid in deo quod nō sit deus. ex noīe duodecī lr̄aꝝ emanat nomen q̄dragintaduaꝝ qd̄ est ab Elohim. ben. eloym. ruhah. haccodes eloym se losa. beh. hehad. hahad. bissosa q̄ hebraice sūt xlii. lr̄e. significātq; deū patrē. deū filiū. deum spiritū sanctū: trinitatē in unitate & unitatem i trinitate. Notare autem debebis hec noīa esse ex diuinis archanis que a quocunq; occultari debēt quousq; ueniat messias iustus noster. Il la tibi patefeci ea occule:

Postilla

ET ego Paulus heredia traductor ut osten dam imensam cecitatē & pestiferā iudeorū opi nionē atq; ad eorꝝ confusionē in aliquas istarꝝ petitionū facio nōnullas postillas: afferāq; au ctoritates antiquorꝝ doctorꝝ hebreorꝝ: qui cer te in suis sñiis euangeliste fuerūt. Quantū aūt ad primā petitionē dico (quanq̄ doctor ipe be ne probauit trinitatē & etiā quēadmodū spūs sanctus necessario procedere debet a filio ad pa trem: affero duas auctes: quarꝝ prima est Rab bi Symeonis filii Iohai in libro qui scribitur ʒochar super textū Deuteronomii cap. xi. Au di israhel dñs deus noster deus unus est Audi israhel ait rabbi ibba. hic est israhel antiquus Adonai id est dñs principiū oīum rerum. anti quus antiquorꝝ: hortus radicū & omniū rerū perfectio. & dicit pater elohenu id est deus no ster profunditas fluminū & fons scientiarum que procedunt ab illo patre & filius uocatur. Ait aūt rabbi symeon: hoc archanū filii nō re uelabit unicuiq; quousq; uenerit messias ut ait Isaias cap. xi. Quia repleta ē terra scia dñi sicut aque maris operientes. Adonai id est deus hic est spūs almus qui a duobus ꝑcedit & uocat mēsura uocis. Vnus est ut unū cū altero cōclu

dat & colligat: nec alter ab altero diuidi põt. & ꝓpterea ait: Audi israhel. qm̃ audi hebraice dicit̃ semah qđ est equiuocũ: significatq́ʒ audi & cõgrega inuitq́ʒ textus. Cõgrega israhel hũc patrẽ filiũ & spm̃ sãctũ: eumq́ʒ fac unã essentiã unãq́ʒ substãtiam. qñquidẽ quicq̃d est in uno est in altero. totus fuit & totus est totosq́ʒ erit nec mutatus est neq́ʒ mutabit̃. Secunda uero auc̃tas est apud ip̃m rabbi Symeonẽ atq́ʒ etiaʒ ionathã filiũ uzielis sup textũ Isa. cap. vi. Sanctus sanctus sãctus dñs deus sabaoth. Et aiũt sãctus hic est pater. sãctus hic est filius. sãctus hic est spũs almus

Petitio secunda

Item q̃siuit idem Antoninus ab ip̃o rabbe on Hacchados inquiens. Quid sibi uolũt textus ꝓuerbiorũ ca. xxx. Tria sũt mihi difficilia & quartũ penitus ignoro. uiã aquilæ in cœlis uiam nauis in medio maris. uiam colubri sup petrã: & uiam uiri in alma. talis & est uia mulieris adultere manducat & tergit os suum & dicit non sum operata malũ in quibus mihi uidetur occultum latere sensum.

Responsum

Magnã inquit rem q̃siuisti. Sed quia dicit

Prouerbiorum cap. xii. qui abscõdit frumẽta ma
ledicet̃ in populis Dicã tibi rem admodũ sub
limẽ. Viã aquile in celis hic est rex messias qui
post passionẽ suã ascẽdet in celũ: queadmodũ
ait Amos cap. ix. Qui edificat ĩ celo ascẽsionẽ
suã: Viã nauis ĩ medio maris. hic itidẽ est rex
messias cuius uita sicut nauis ĩ medio maris a
gitabit̃ quemadmodũ refert textus Hiere. cap.
xxx. Quare ego uidi oĩs uiri manum sup lum
bum suum: & uiri hoc est dei: qui hebraice di
citur gheuer: hoc est potens: qm̃ oĩbus poten
tia est ipse deus. Et uiam colubri sup petram.
hic quoq; est rex messias qui se facit ut colubrum
quẽ moyses super petram posuit ut duceret fi
lios israhel in terrã sanctã. Rabbi autẽ Iodam
refert: Et uiam colubri sup petram: hic est rex
messias qui transibit per petrã postq̃ sepultus
erit & ab ipa egrediet̃: nec uidebit̃ quo transi
uerit queadmodũ refert textus cap. xxxiii. exo
di. Ecce inquit est locus apud me & stabis sup
petrã. Cũq; trãsibit gloria mea ponã te in fora
mine petræ. Et uiam gheuer: id est uiri ĩ alma.
hic quoq; est deus amans filias hierusalẽ ut ge
neretur rex messias ex una earum. Concipiet autẽ
& pariet remanebitq; uirgo ut refert textus Cã

ticoꝝ cap.iii. Media caritate constrauit per fili
as hierusalē. Etiam Hieremias cap.xxxi. Quia
creauit dn̄s nouum super terram: femina circū
dabit uirum. Dixit ei Antoninus: ergo exquo
gheuer: idest uir deū significat quid sibi uult
textus Hieremie lamentationū cap.iii. Ego uir
uidens paupertatē in uirga indignationis eius
me minauit & adduxit in tenebras & nō in lu
cem. Respondit rabbenus: hic est deus qui ait
Ego sum gheuer: hoc est uir qui uidi pauper
tatē me minauit & adduxit in tenebras & non
in lucē. Hic itidem est deus qui ait: decreui de
scendere ad inferos ad redimendu iustorū ani
mas quas uirga indignatōnis suæ pater meus
qui est in cœlis ꝓpter peccatū Adæ illuc detru
dit. Talis & est uia mulieris adulteræ. totum
ho c ægit Adam qui de peccato suo sese excu
sauit: noluitq; illud fateri. Dixitq; Genesis ca
pitulo.iii. Mulier quam dedisti sociam dedit
mihi de ligno & comedi. Fæcitq; ut meretrix
quæ comedit & os purgat: nihil mali fecisse cō
tendens. Quamobrem rationi congruit ut to
tus terrarum orbis plectatur. & cū uenerit tem
pus salutis æquum est ut deus ad inferos de
scendat eosq; salu&. Et hoc est quod ait textus

Hieremiæ capitulo ſecundo. Ecce ego iudica bor tecum eo ꝙ dixeris: Non peccaui. Item iſaias capitulo.lxiiii. Quia in igne dominus iudicabitur.

Poſtilla

Ego autem ipſe traductor dico ꝙ non ſolum ex iſta auctoritate eliciuntur ſex concluſiones. Quarum prima eſt Chriſti aſcenſio. Secunda uita eius in hocmundo procelloſa Tercia crucifixio. Quarta reſurrectio. Quinta mariæ uirginitas. Sexta deſcenſus ad inferos pro animabus redimendis. Verumetiam ex hac eadē auctoritate ſatiſfaciemus argumento quod iudeus facit contra nos & diuum Hieronymū quem ait non benedixiſſe in ſua traductione Iſaiæ capitulo.vii. Ecce uirgo concipi& & pari& filium: quia hebraice nō dicitur uirgo ſed alma. Quod ſi ip̄e Hieronymus dixiſſ& alma recte quidem fuiſſ& interpretatus: ſed ī ea elocutione non intelligeret̄ uirginitas. q̄nquidē ita poſſ& alma dici q̄ corrupta ſit q̄ quæ uirgo. idq; probat prouerbiorum cap̄.xxx. Tria ſunt mihi difficilia: & quartū penitus ignoro

uiam aquilæ in cœlis: uiam nauis ī medio maris: uiam colubri sup̄ petram: & uiam uiri in alma. Talis & est uia mulieris adulteræ: manducat & tergit os suū & dicit nō sum operata malū. Atq; ita inquit iudeus: alma ꝑ muliere corrupta accipit͛. qm̄ sequit͛ textus: Talis & est uia mulieris adulteræ. Huius autē questionis satisfactio est ꝙ ꝓpositio iudei est falsissima: qm̄ alma significat uirginē & plusq̄ uirginem: idq; ꝓbabimus apertissimis rationibus. Apud hebreos reperiunt͛ tria nomīa. nahara. bethula. alma. Nahara adolescentulam significat siue uirgo sit siue corrupta. Bethula uero semper uirginez significat siue adolescētula sit siue anus. Alma aūt composita est ex his duobus significatq; uirginē & adolescētulā paruā a tribus in quattuor annos. Hoc ego probo: qm̄ hoc nomen alma reperit͛ in testamēto ueteri quattuor tm̄ in locis. Primo ī rebecca uxore Isaac Genesis cap̄. xxiiii. Ecce sto iuxta fontem aquæ & alma quæ egrediet͛. quæ tūc erat quattuor fere annorum & non amplius. Idq; probant doctores hebrei: quoniam cuz Sarra peperit isaac erat nonaginta annoruz Genesis cap̄. xvii. Cecidit abraam in faciez suā & dixit

in corde suo Putas ne cẽtinario nascitur filiũ
& Sarra nonagenaria pariet? Quãdo aũt Sar
ra diem suũ obiit erat annorum centum uiginti
septem. Geñ. cap. xxiii. Fuerũt aũt uite Sarre
centum uigintiseptẽ anni: que mors cõtigit ei
ob ĩmolationem Isaac filii ut uolunt doctores
hebrei. Nam cũ primum abraam arripuit gla
diũ ut iugularet Isaac: uenit diabolus ad Sar
ram: eique dixit Abraham necasse filium eumque
immolasse. Ipsa aũt credidit quoniam triduo domo
absuerant preter morem. Preterea adeo metue
bat unico filio quẽ tanto cũ labore in senectu
te susceperat: ut facile diabolo crediderit statĩ
que extincta sit: & hoc astruũt ĩpi doctores dua
bus rónibus. Prima quod mors ipsius Sarre con
iuncta est immolationi Isaac Secunda quia di
cit textus genesis. c. xxiii. Venitque Abrahã ut
plangeret & fleret eam: & interrogant unde ue
nit: aiunt ex ĩmolatione Isaac: ergo cum Sarra
peperit Isaac erat. lxxxx. annorum: & cũ mortua
est. cxxvii. quoniam Isaac tẽpore sue ĩmolatiõis que
fuit mors Sarre erat. xxxvii. annorum: & uenien
ti Abrahe ex dicta ĩmolatiõe nunciata fuit na
tiuitas Rebecce: cumque duxit uxorem erat Isaac
xl. annorum Genesis capitulo. xxiiii. Abraham

genuit Isaac qui cũ.xl.esset annoꝝ duxit uxo rem Rebeccã: ergo Rebecca erat triũ annoꝝ & fere quatuor & tunc alma uocata est: probatq; textus eam fuisse uirginem Genesis capitulo xxiiii. Virgo erat & uir non cognouit eam. Se cundo loco reperitur in Maria sorore Moysis Exodi cap̃.ii. Perrexit alma & uocauit matrem suam & hec eadem odolescentula quatuor fere annoꝝ. Tertio loco reperit̃ prouerbioꝝ cap̃. xxx. Et uiam uiri ĩ alma quanq̃ diuus Hiero nymus dixerit in adolescentia quod nos in no stro libro qui ensis Pauli inscribitur declara mus. Quarto loco reperitur Isaie capitu.vii. Ecce alma concipiet quod probatur ea preser tim conclusione que in Talmuto habet̃: qua doctores arguũt ꝙ quicquid cum aliis eiusdẽ generis ĩclusum ab eo discedit ut aliquam do ctrinam capiat: non ideo segregatur ut seip̃m declaret: sed totũ id genus. Ergo per Rebeccaȝ quæ fere q̃tuor annoꝝ erat cũ alma dicta est: eratq; uirgo ut iam diximus: necessario dicere debemus ꝙ ubicũq; inuentinus alma est tp̃is triũ in q̃tuor annos & uirgo actu atq; mente: qm̃ adolescẽtula eiusmodi ætatis ignorat peni tus quid sit libido uel uenus. Virgo autẽ inte

merata Maria tametsi.xiiii.erat annoꝝ quãdo xp̃m concepit & tunc alma appellata est: ut il lud Ecce alma cõcipiet: tñ propter exquisitissi mam carnis sue puritatẽ quippe q̃ nec cogita uit quidem carnis actum dicta est alma. His rationibus concludit᷑ propositionẽ iudei esse falsissimã qñ quidem alma significat sanctam uirginẽ & plusq̃ uirginẽ. Qđ autẽ iudeus per dictos textus ꝓbare nititur almam significare mulierẽ corruptam iam doctor predictus satis ꝓbauit uiam uiri in alma de gloriosa uirgine dici q̃q̃ Nicolaus de lyra in glosa prouerbioꝝ eodem modo declaret: sed tñ ipi doctori illud nõ adscribit.

Tertia petitio.

Item quesiuit Antonius ab eodem rabeno & ait Isaias cap̃.viii.dicit. Et accessit ad ꝓphe tissam & concepit peperitq́ filiũ: quia prophe ta nobis non facit notam huiusmodi prophe tissam: que sit quo nomine uel ipsa uel pater nuncupet᷑ cuiusue sit tribus quemadmodũ in oĩbus prophetis & prophetissis: te oro mihi noticiam facias de oĩbus.

Responsum.

r Espondit Rabenus. Sepenumero in hac questione suspēsus fui & anxius & quodā die ingressus sum patrꝝ spe luncam ubi sepulti sūt Adam Eua Abrahā & Sarra Isaac & Rebecca Iacob atqꝫ Lia ut illic a dorarē: & inueni Heliā quē de hoc percōtatus sum. q̄re notuȝ tibi facio ꝙ ab ipo accepi: hec ꝓphetissa est mater regis Messie quem deus se missuꝝ pollicitus est ad israhel. Dicta est aūt ꝓphetissa: quia suo uaticinio scit oīa a primor dio ad finē iisqꝫ q̄d nemo unq̄ prophetaꝝ cog noscere potuit ipsaqꝫ est dn̄a & magistra oīum prophetarū: & hec in alma de qua dixit Salo mon prouerbioꝝ capitulo. xxx. Et uiam uiri in adolescentula. Item Isaias capitulo. vii. Ecce uirgo concipiet. Item de ea uaticinatus est Mi cheas capitulo. v. Et tu Bethleeȝ effrata paruu lis es & reliqua propter hoc dabis eos usqꝫ ad tēpus in quo parturiēs pariet. Preterea de rege Messia quē ista prophetissa paritura erat dixit Isaias capitulo. ix. Quia eniȝ paruulus natus est nobis: Dixit ei Antonius. Ergo postq̄ hii textus a te in mediū allati unum dumtaxat si gnificant: cur a principio precepit deus ut no men Messie huius uocaretur Emanuel quia di

cit textus: Et uocabit nomē eius Emanuel: Po
stea uero pcepit eum uocaret accelera & spolia
detrahe: festina pdari: Queadmodū apparet
ex textu Isaie cap. viii. Et accessi ad pphetissā
& concepit & peperit filiū. Et dixit dn̄s ad me
Voca nomen eius accelera & spolia detrahe: fe
stina predari: Preterea appellat eum sic: Admi
rabilis: consiliarius deus fortis: pater futuri se
culi: princeps pacis. Dixit ei Rabbenus nota
hec oīa nomia esse attributia regi Messie: qui
qm̄ nō generatus est ex uiro & muliere ut reli
q hoīes sed ex spiritu sancto in utero huiusce
pphetisse ut propheta canit. & accessi ad pro
phetissam & concepit & peperit filium. In hoc
dicit propheta dei uoce: Qm̄ autē rex Messias
faciendus est uerbo dei ut Adam inuenies scri
ptum ī Geñ. cap. ii. Formauit deus hoīem de
limo terre. & formauit habraice dicit vay yter
quod scriptum est duabus iotis quod certe cū
una tantū scribi debebat. Scribitur autē cum
duobus ut nobis ostēdat duo corpora huma
na fuisse formata uerbo dei Adam & regē Mes
siam qui est uenturus. Et quia messias futurus
est deus & homo: uocatū est nomen eius Ema
nuel qd interpretat deus nobiscū. s. in corpor

noſtro & in carne quemadmodum inquit Iob capitulo ·xviiii. Et ĩ carne mea uidebo deum. Item quia deus eſt mirabilis conſiliarius: excogitauitq; mirabile conſilium ſaluandi omnes animas quæ propter peccatum Ade cōdemnate fuerunt: nec poterant ullo pacto ſaluari niſi rex meſſiaſ mortem acerbiſſimam: multaque martyria ſubiiſſet. Idcirco dictus eſt gheuer: ideſt uir. & quia ſua eſt oīs fortitudo deus fortis uocat᷑. Item quia ip̄e eſt eternus pater futu re ſeculi dicit᷑. Itē quia in diebus ſuis pax multiplicabit᷑: princeps pacis appellat᷑. Item quia ip̄e feſtinabit: ut auferat aīaꝝ ſpolia q̄ in inferno torquent᷑. uocat᷑ accelera: & ſpolia detrahe feſtina predari: Et quia ipſe eos ſaluabit atq; ĩ paradiſum adducet: uocat᷑ ieſue quod hebraice ſaluator interpretat᷑. Gens aūt alterius nationis q̄ fidē eius ſectabunt᷑ uocabunt eū ieſum qđ hebraice ſic ſcribit᷑. I S V & ꝓpterea inuenies hoc nomē ieſu deſignatū in textu nō auferet᷑ ſceptꝝ de iuda in primis lr̄is hoꝝ uerboꝝ ueniet qui mittendus eſt. q̄ hebraice dicuntur yabo ſilo uelo. Si acceperis primā lr̄am cuiuſq; dictionis: I S V. conficient. Quod aūt interrogaſti quo noīe uocet᷑ ꝓphetiſſa Mirian eſt no

men eius. Atq; ideo Isaias cecinit. Quia. n. paruulus natus est nobis: & multiplicabitur imperium: que uerba significãt messiam a deo generandũ fore qui multiplicabit imperiũ: quia est dñs totius orbis. Nascet etiã Maria Zara quod Marie dñe interpretat: & hoc idem ostẽdit lemarbeh hamissera: hoc est multiplicabit imperiũ a qbus dictionibus nascitur miria zara hoc modo. Si acceperis. l. m. &. r. cõficiẽt primam particulã uidelicet lmrbh. idest lemarbe Si aũt acceperis h ex lemarbe. s c & e. huius dictiõis hamizera: quarũ singularũ numerus est quinq; & decem conficiũt. significantq; iotam huius dictionis Miriam. Addito autem m huius dictionis hamizera. Ecce tibi miria. Ex his autem dictionibus hamizera restat zara quæ tribus lrĩs scribitur. Ecce tibi miria zara quod Marie domĩe interpretat: ut nobis innotescat hãc mariam esse dominã & superiorem uniuersi & celorũ reginam. Dixit ei Antonius: quare igitur diuisa est iota in duo he & cur apposita est beth in medio noĩs Mariam: quidue significat mem clausum huius dictionis lemarbe qd isto modo signat. D. & iure optio apertũ esse debebat ita ם qñquidẽ ĩ medio vbi cõstituit

Respondit ille: diuisa est iota in duo he ut nobis secreta admirabilia pãderet: ꝙ queãdmodũ he cõponitur ex daleth & vau hoc modo ר hoc est daleth ו hoc est vau: & he cõponit᷑ ex daleth & vau hac figura ה ita rex messias cõponitur ex diuinitate & humanitate: & quẽadmodũ hec duo he que sunt duo. d. & ab iis procedũt duo vau tanq̃ duo filii qui ab ipsis oriunt᷑ ita in substantia regis messie inuenientur duo filiationes quaꝝ una est diuinitas dei filius: altera humanitas filius huiusce prophetisse: & queãdmodũ haꝝ lr̃arum daleth & vau q̃ conficiunt he: unaqueq; distincta est a se q̃q̃ una sit lr̃a: ita in messia substantia diuinitatis erit distĩcta a substãtia hũanitatis: & ecõuerso q̃ duo simul cõiuncta sunt messias. Quod aũt beth lemarbe in medio nõis miriã positũ sit: ostendit huius prophetisse mentẽ & cogitationem oẽm esse ut suã uirginitatẽ cõseruet: eritq; uirgo mẽte & actu: qm̃ beth significat betulã q̃ uirgo interpretat᷑: Mem uero clausuz huius dictiõis lemarbe cuius numerus est sexcentũ: ostendit ab hora q̃ uaticinatũ fuit. Ecce uirgo cõcipiet usq; ad messie passionẽ in q̃ ipe legem ĩplebit·dc. anni transsigent᷑ ad unguẽ. Quod

aũt petiisti cuiuſ eſſet filia cuiuſue tribus: aĩad
tere debes parentẽ eius duplex nomẽ habiturũ
unum heli alterũ ioachim: Heli qđ eſt nomen
deriuatiuũ oſtendit eũ ad ſublimẽ gradũ aſcẽ
ſurũ. Ioachim uero qđ compoſitũ eſt ſignificat
in eius manu deũ ſuſcitaturũ ſaluationẽ maxi
mã iſrahel. Tribus aũt iude deſcẽdit ex domo
zorobabelis filii ſalatielis ut refert Zacharias
cap. iiii. Quis tu mõs magne corã Zorobabel
in planũ educet lapidẽ primariũ: qui quidẽ la
pis eſt mater regiſ meſſie. Preterea ut oſtendat
regẽ meſſiã futurũ filiũ dei refert rabbi ſimeon
filius iohai ĩ ſuo libello qui inſcribit mechar
hazo doth hoc eſt inueſtigatio ſecretorũ reperi
ſcriptũ quoddã archanũ in libro Adæ ita reſe
rẽtis. Spũs ſancti bñdicti deſcẽdet & hũanum
induet corpus: eius nomẽ eſt deus meus.

Poſtilla.

Et idem traductor Aio q̃uis ex dictis auctã
tibus orianť maxĩa archana & articuli ſancte
catholice fidei & prima pſertim ſacram redolet
theologiam: nihilominuſ ex ipſa prima auctẽ
nobis innoteſcit Genealogia intemerate uirgi
nis Marie quo nam pacto ex domo regia Da
uidis & tribu iude orta ſit: Ipſa aũt auctẽ ſatiſ

faciemus maxīe q̄stioni quā mouet iudeus cō tra nos uolēs ꝓbare ꝙ si usus xp̄us est messias nō est filius dei & ecōuerso. Suā aūt conclusio nē format super q̄dā uera cōclusiōe q̄ est messiā nascitur ex domo Dauidis & tribu iude. aitq; diuū Matheū in Genealogia quā scribit de Ie su xp̄o dicere: Liber generationis iesu xp̄i filii dauid filii abrahā: abrahā aūt & reliq̄. Cōclu dit tandē Iacob aūt genuit ioseph uirꝝ Marie de q̄ natus est iesus qui uocatur xp̄us: Per qđ satis ostēdit ꝙ ioseph erat oriundus ex domo regia & tribu iude. Diua uero Maria nō erat: ideo nō noīatur in ea. Ergo si xp̄s erat messias necessario futurus erat filius ioseph: q̄a ex do mo regia ortū habebat. Si quis aūt obiciat nō esse uerꝝ: Quia uerbum caro factū est: ergo nō erat messias ex quo non descendebat ex domo regia. hoc ego argumentū cum eram cōtrarius xp̄o bn̄dicto: sepenumero feci eruditissimis sa cre theologiæ magistris: & neminē reperi qui mihi satisfaceret utpote tūc iudeo: p̄ter magi strū Alexandꝝ anconitanū qui mihi apprime satisfecit: quo ad ueritatē quidē sed nō iis rōni bus quibus debebat. Verūtamē nōnulli sacre pagine professores mihi respōdebant uerū esse

euãgelium ipm narrare genealogiã ioseph. Verum quia lex est in ueteri testamẽto ꝙ cum aliquis moriebatᷣ non relicto herede masculo: filia caperet hereditatẽ hac cõditione ne nubere posset homini qui nõ esset ex eius tribu: ne hereditas in alienã tribũ transiret. Et quia sãctus Ioachim carebat filio: eiusq́ꝫ hereditas ad uirginem Mariam filiã perueniebat: necesse fuit ut nuberet homini sue tribus. Ecce quo nam pacto uirgo maria erat ex domo regia & tribu iude Ego uero huic rationi respõdebã legẽ ab eis ablatã esse quidẽ uerã sed mihi nõ cõstare: nec esse certum sanctũ ioachim filiũ non habuisse & si theologi id asserant nõ credere: ex quo nec euangelio nec prophetia extaret: & aliquando congressus sum cũ Cato presule cephaludensi qui mihi respõdit. Dauid inter alios habuisse duos filios salomonẽ & nathan: esseq́ꝫ duo euãgelia: unum diui Matthei quod incedit per seriẽ siue catenã Salomonis: narratq́ꝫ genealogiã ioseph. Alterꝝ uero Luce quod pergit ꝑ seriem nathan. Leui autem qui descendit ex genere nathan secundum Lucam genuit Melchi & panteram. Pantera autem genuit bar panteram: bar pandera uero genuit ioachim: Ioachim ue

ro uirginem Mariã. Et de genere salomonis secundũ Matheũ Matan genuit iacob & postq̃ natus est iacob mortuus in matan eiusq; uxor accepit in uirum melchi filium Leui & fratrem Pantere ex qua genuit heli: quod lucas testat inquiens ut putabat filius ioseph qui fuit heli. Ex quibus ostendit iacob & heli fratres esse uterinos Iacob quidem ex genere Salomonis: Heli aũt ex genere natan qui accepit uxorẽ & sine liberis decessit: ideo iacob eius frater uterinus ut semen suũ suscitaret & nomẽ eius uxorem duxit ut p̃cipit lex: & ex ea genuit ioseph uirum Marie: qui quidẽ erat filius iacob secũdum naturam & ex genere salomonis & filius heli. Secundũ uero legẽ ex genere natan: Propterea unũ ex euãgeliis refert ioseph filiũ esse Iacob & aliud heli. Ex quibus apparet uirginem Mariã fuisse ex domo regia & tribu iudæ: nec non consanguineã ioseph. Ego hanc rationem negabam: ut pote quæ ex euangelio non extaret & insuper eam dissoluebam cõtraq; probabam bam tribus rationibus. Prima q̃ propositio ipius Cati asserentis leui generasse melchi & panterã (pace eius dicerem non est uera: q̃m melchi erat pater leui & non econtrario. quod

quidem satis apparet ex Luca qui non accepit
generationẽ ex patre ad filiũ scd̃m Matheũ sed
ex filio ad patrẽ quẽadmodũ ait ut putabatur
filius Ioseph qui fuit Heli qui fuit Matã qui
fuit Leui : qui fuit Melchi. Ex quibus elucet
Melchi esse patrẽ Leui. Secunda rõne ꝙ ꝓposi
tio ipsius Cati dicentis ꝙ mortuo Heli Iacob
frater eius uterinus ut suscitaret semẽ & nomẽ
Heli accepit eius uxorẽ. hoc eius itidem pace
esse non potest: qm̃ lege iubẽte ut mortuo fra
tre sine liberis: alter frater accipiat eius uxorem
id accidit cum sunt fratres eiusdem patris qm̃
ipse semen suum & nomen suscitat. Quando
aũt sunt uterini nõ ex eodẽ germine nascunt
neqꝫ semen suscitant nec nomẽ: immo prohibe
tur ab oĩbus doctoribus qui ante & post xp̃i
passiõem fuere. Tertia ꝙ cũ quis ducit uxorẽ
fratris: primo quem ex illa suscipit filio nomẽ
demortui imponere debet scd̃m doctorũ insti
tutionẽ qñquidẽ textus ait eum nomẽ suum
suscitaturũ: & propterea Iacob qui genuit Io
seph non debebat imponer Ioseph sed Heli si
cut demortuus appellabat. His omnibus ra
tionibus propositio Cati mihi nõ placet. Ve
rũtamen magister Alexander in suo argumen

to mihi respōdit uere Luce euangelium omni
modo genealogiam gloriose Virginis Marie
cōtinere: sanctumq; Ioachim fuisse filium He
li. Ego autem illi respondi: si id uerum est cur
Ioachim non nominatur in euangelio quod
dicere debebat qui fuit Ioachim qui fuit Heli
Respondit nō alia ratione factum : quoniam
eo tempore notissimum erat Ioachim filiū esse
Heli: ideo euangelista eius nomen pretermisit
Nostra autem de illo argumento satisfactio
postquam spiritu sancto inspirati ad cogniti
onem ueritatis peruenimus est hec: ipsamque
duobus modis formamus. Prima dicimus ar
gumentū iudei nō habere locum hac argumē
tatione messias nasciturus erat ex domo regia
& tribu iude: ipseq; generandus erat ex mulie
re sine uiro: consequens est matrem eius futu
ram ex domo regia & tribu iude. Quod autē
Messias generandus esset ex muliere sine uiro
tribus testimoniis ꝓbabimus q̄ breuissimis
cum epistole ratio prolixitatem respuat quod
faciemus in ense nostro quē deus ad finem op
tatum perducere permitat. Primū testimoniū
est ipsa auctoritas & secundum est iacob: Ge
nesis cap̄. xlviii. Non auferet sceptrum de iu

da nec dux de femore eius: donec ueniat qui mittēdus est Diuus hieronymus trāstulit qui mittendus est & recte quidem ut declararet sermonem iacob. Verūtamen hebreus habet donec ueniat sylo quod chamechi in concordantiis suis in cōcordantia sylo declarans ait filiū suum. Notādū autem hebreum ī grammatica sua magnū discrimen facere inter demōstrationem masculinā & femininā: Nam si dicturus est filium illius demonstratione masculina ait beno & scribit͗ cum vau idest cū.o. Si autē dicturus est filiū illius demonstratiōe feminina ait bena scriptumq̧ cū he idest.h. hoc autē sylo q̄uis in prolatione dicatur demonstratione masculina idest Sylo: quod iure dici debebat syla scribe id aptarunt: nihilominus scriptum est cum he demonstratione feminina diciturq̧ Syla quod significat filium mulieris: Dicitq̧ textus: Non auferetur sceptum de iuda nec regimen ex societate sua quousq̧ ueniat filius mulieris. Restat nunc declarādum quid significet filius mulieris & descēdemus ad tertiū testimoniū qđ est abrahe. Geñ. cap̄. xv. Generatione aūt q̄rta reuertent͗ huc qui sermo intelligit͗ de annuntiatiōe cū deus nunciauit abrahe



captiuitaté ægypti que figura eſt captiuitatis aiarum in inferno Verumtñ nónulli doctores hebrei declarant has quatuor generatióes qui ſunt anni quadringéti: qm̃ una generatio ſút cétum anni que ratio falſa eſt: qm̃ uel compu taturi ſumus hos.cccc. annos a tpe prophetie uel qñ cepit egypti captiuitas. Quod ſi nos a tpe ꝓphetie & recte numerabimus multũ tpis decurſum eſt ante annos q̃drıngétos. Si uero a tpe captiuitatis non aſcédit ad numeꝝ predi ctum quãdoquidé captiuitas pluſq̃ annis de cem & ducentis non durauit. Quidam alii uo lunt ꝑcipue rabbi Salomon ipſas quatuor ge nerationes eſſe patré & filiũ:nepoté & abnepo tem quæ quidé ratio itidem falſior eſt prima: qm̃ numerare debemus has quatuor generati ones uel a tpe prophetie: uel a tpe incepte cap tiuitatis. Quod ſi eas cõputauerimus a genera tionibus breuioribus ſunt ſeptem. Abraham Iſaac. Iacob. Iuda. Pheres. Soron. & Calep. Si uero numerauerimus a principio captiuitatis ſcd̃m Rabbi Salomoné qui computat. Iuda. Pheres. Soron. & Calep. hoc equidé falſum eſt qm̃ cum ingreſſi ſunt egyptũ Iuda & Pheres eius filius nati erát ut apparet Geñ. cap̃. xlv.

Videndu3 est ergo a nobis quid significet iste quattuor generatões. Dico autẽ in hoc orbe quattuor generatões inueniri. Prima ẽ Ada3 sine uiro & muliere procreatus. Secunda Eua ex homine quide3 sed sine muliere producta. Nos uero dicto Aristotelis edocti contrarioꝝ eandem esse disciplinã cum inueniamus nigꝝ albũ inueniri necesse est. ĩuenimus dulce: amarum inueniatur oport&. & sic de ceteris. consequẽs igiť est ut his duabus generatõibus opposite inueniri debeant. Dico autem cõtrariũ generatõni Ade que sine uiro & muliere fuit: esse petrũ, martinũ. & ceteros huiusmodi q ex homĩe & femĩa geniti sunt. & hec est tercia generatio. Contrariũ uero generatiõi Euæ q̃ pro ducta est ex homine sine muliere: est christus hiesus genitus ex muliere sine uiro. & hæc est quarta generatio. ideo dicit textus: Generatõe autẽ quarta reuertentur huc. id est adueniente quarta generatiõe qui est christus: anime libe rabuntur ex captiuitate inferni & ad gloriam æternam perueniẽt. Propter hanc quartam generationem dixit iacob: Non auferet̃ sceptrũ de iuda quoad ueniat filius fœminæ q est hiesus: qui scdm eundẽ doctorẽ præcipue in pri/

mis litteris ipsius auctoritatis designatur. Re
stat igitur argumẽtum iudei locũ nõ habere.
Secũdo loco ꝓbabimus argumẽtuꝫ magr̃i
Alexãdri p̃dicti: euãgeliũ Lucæ eẽ genealogiã
uirginis Marie: zaccharie ca. ii. iii. &. iiii. in q̃
dã ꝓphetia q̃ incipit: Cãta & exulta filia syon
in q̃ uidit aduẽtũ messiæ ut nos ĩ ense declara
mus. Veruntñ zaccharias cũ uidisset aduentũ
messiæ q ex uirgine nasciturus erat & ex zoro
babele filio salatielis: ideo dicit. Quis tu mõs
magnus corã zorobabel: & educit lapideꝫ pri
mariũ. ꝑ quo intelligit intemeratã uirginẽ ex
qua ꝓcessit messias: ut idẽ doctor ĩ eadẽ auc̃te
asseuerat. Et ideo postilla chaldea Ionathe filii
vzielis sup dicto textu: & educit lapidẽ prima
riũ: refert. Ex ipso lapide ꝓced& messias cuius
nomẽ est æternũ. quod cõuenit cũ euangelista
Ioanne dicẽte: in principio erat uerbũ. Ex his
clarũ ẽ ʒorobabelẽ filiũ salatielis ꝓcessuꝝ ex ĩ
temerata uirgine Maria. hic aũt ẽ ille Zoroba
bel de quo scribit lucas ĩ euãgelio: nõ autẽ de
quo mattheus. cũ sint duo ʒorobabelis filii sa
latielis. idqꝫ ꝓbat ʒorobabelẽ matthei natum
fuisse duabus generatõnibus post transmigra
tionem babylonis: ut ipse ait. Iosias autem ge

nuit geconiam & fratres eius in transmigrati
one babylonis. Geconias genuit salatiel: Sala
tiel autem genuit zorobabel: Zorobabel autē
de quo scribit Zaccharias & Lucas : natus est
ante transmigratōnē babylonis: ut extat Agei
capitulo. ii. Factum est uerbu3 domini in ma
nu Agei prophete dicens: loquere ad zoroba
bel filium Salatiel ducem iuda & ad Iesum fi
lium Iossedech sacerdotem magnum & ad reli
quos populi dicens. Quis in uobis est dereli
ctus qui uidit in domo ista in gloria sua pri
ma & quid uos uidet᷑ ut nunc. Quoniam au
te3 dicit quis ex uobis uidit domu3 ī suo pri
mo ædificio: uidetur zorobabelem uidisse na
tumq3 fuisse ante transmigrationem. Preterea
prophetia ipsius zorobabelis fuit in ipsa trāf
migratione babylonis. Consequens est Zoro
babelem Lucæ & Zaccharíæ: non esse eunde3
Mathei. Ideo reperies in genealogia quam scri
bit Mattheus ex Zorobabele usq3 ad Ioseph
esse undecim generationes non plures. In ista
uero generatione quam scribit Lucas ex Heli
usq3 ad zorobabelem esse plures generationes
propter maius temporis curriculum : quod
fuit in euangelio Lucæ plusquam Matthei.

Ex quibus omibus plane colligit gloriosam uirginem Mariam fuisse ex domo regia & tri/ bu iudæ: uenisseq; p genealogiaz lucæ ut ipse magister Alexander asseruit. Si aűt mihi obii ciatur: cur sanctus ioachim in ipsa genealogia minime nuncupet. dico heli esse ioachim qui duplici noĩe appellabat ut pat& p dictű eliã in presenti responsione. & p haccanã in secűda epistola. Euangelista. n. propriű nomẽ accepit inquiẽs: qui fuit heli. Sacri uero theologi no men uulgare sancti ioachim acceperűt. hoc est qd sentio de generatõe uirginis marie: subiici ens semp me sacroꝝ theologoꝝ opinioni.

Petitio quarta

Item petiit Antoninus ab eodez Rabbeno ut ei notitiã facet & de uirga qua Moises mira cula faciebat. Ex q̃ arbor fuerat excisa: & unde eam nactus fuerat.

Responsum

Respondit rabbenus: ꝙ me rogas de uirga moisi tibi noticiã dari: dicã tibi quod de hoc

reperi ſcriptum a rabbi Simeone filio iohai in mecharhazodoth ita inquiēte. Virga illa qua moyſes & aaron miracula faciebat ī terra ægy pti & poſtea in deſerto floruit gemmaſq; ædi dit: ab ea arbore exciſa eſt quā oſtendit deus moyſi in deſerto ut aquæ amaræ dulces fierēt & hec arbor exciſa eſt ab arbore uitæ quæ ī pa radiſo ſita erat angelorum manibus. quā qdē miſerunt Adæ cum ille miſit Seth filium ſuū ad paradiſum miſericordiā dei imploraturum propter eius peccatum. Dixerūtq; angeli Seth ut plantaret hanc arborē: quæ q̄primū fructū faceret miſericordiæ dei in eum deſcenderent: aperirenturq; portæ cœli quæ ſunt obſeratæ. Hanc autē arborem ſeu potius ramū accæpit Seth plantauitq; indeſerto quē poſtea moyſes inuenit & ex ea uirgam ſuā excidit: atq; ideo uirga dei dicta eſt. Cum autē uenit iſrahel ad marah neq; illius aquas (erant enim amaræ) bi bere poſſent: deus oſtendit moyſi hāc arborē ut illas redderet dulces. Et hæc eſt arbor illa in quam moyſes ipſe ſerpentē impoſuit: ob quā deus uniuerſum orbem saluū facere inſtituit: & mittere miſericordiā ſuā ſup Adam cum ue niet rex meſſias. Tunc enim hec arbor fructū

gestabit quibus secūdo efficient̃ dulces aquæ amaræ purgabūtq͡ʒ primū peccatuʒ: oĩaq͡ʒ deli cta quæ fecerūt facturiq͡ʒ sunt hoĩes. quemad moduʒ dicit textus zacchariæ cap̃. xiii. In die illa erit fons patens domui dauid & habitāti bus hierusalē in ablutionem peccatoꝝ. Postq̄ aūt te docui hoc archanū cuʒ contemplaberis arborē scientiæ boni & mali & insup arboreʒ uitæ quæ in paradiso sitæ erant: & serpentem qui Euam tentaturus accessit intelliges quare uirga moysi in terram proiecta serpens effecta est. moxq͡ʒ per caudaʒ accepta eleuataq͡ʒ a terra uirga rediit & absorpsit oēs uirgas magorum ægypti qui idem faciebāt quod moyses: ut re fert textus zacchariæ cap̃. xiii. Et erit ĩ die illa dicit dñs exercituū: disperdaʒ noĩa idoloꝝ de terra & non memorabunt̃ ultra. Itē intelliges cur deus misit serpentes ĩ israhel in deserto. tū præcepit moysi dixitq͡ʒ Numeri cap̃. xxi. Fac serpentem æneū & pone eum pro signo: q per cussus aspexerit eum uiu&. hoc significat: ut quicunq͡ʒ morsus fuerit a serpente peccatorum respiciens ad serpentē in arbore collocatū sem per uiu&. Et quoniā ex arbore uitæ excisi fue rant arbor & fructus uitam afferent mundo.

hic tamē arbos abſcondet in terra oībus mor talibus ignota. cum autē dominabit in terra ſancta regina Helena omīs iſrahel ī anguſtiis erit & detrimento. quippe ꝙ ab ea perquiret hæc arbor & nulla apud eos extabit noticia: neq; inueniēt quoad deus implebit miſericor dia & ex terra prodire faciet. & repietur una cū his arboribus de quibus dicit Iſaias cap̄. liii. Et dedit cū impiis ſepulturam ſuā. hoc autem erit ut notu; faciat deus ꝗ magna ſint eius mi racula & mirabilia ſua ꝗ fortia.

Petitio quinta

